

A Soli, secundum fabulas, Rhodia nympha amore captus inulam post diluvium exsecratam Rhodium ab ea dicitur: Ab eo geniti septem numero, qui dicti sunt Heliades, peritissimi omnium, sed maxime astrologiae. Addiderunt quoque ad navigandi artem permuta. Situm insuper terra inscripserunt. Praestantissimus inter eos Tenages fuit, a strabus ob invidiam occisus. Qua re nota, caedis participes auferunt: Macer quidem in Lesbum, Candalus in Coon: Actus in Aegyptum transiens, in patris honorem Solis condidit urbem, a quo ad Aegyptios astrologiae notitia traducta est. Postmodum Graecia diluvio oppressa, cum plurimi homines perissent, & litterarum quoque monumenta delecta sunt. At diluvii expertes Aegyptii, Astrologiae artem sunt profecti. Quia in re cum Graecos ob litterarum defectum antecirent, accidit, ut primi Aegyptii crederentur astrologiae extitisse repertoires. Diodorus lib. 5. cap. 13.

Atlas ex Hesperide septem genuit filias: quae a parte Atlantides, a matre Hesperides dictae sunt. Haec cum forma ac prudentia excellenter, Buftis Aegyptiorum rex cupiditate capus virginum, piratas ad eas oras misit, ut ad se raptas virgines apportarent. Hercules Thebanus, Emathione Aethiopum rege occiso, praedones qui puellas in horro quodam dum ludebant, taptis, inque navibus positus, subito auferant, insecutus, in litore quodam deprehensus interemit, virgines Atlantii restituit patri. Quo beneficio motus Atlas, non solum dignis factis muneribus donavit Herculem, sed astrologiam insuper, & sphaeram docuit. Quam cum ad Graecos transfuisset, fabulae locum dedit, quod fessio Atlanti in ferendo orbe successisset. Diodorus lib. 4. cap. 3.

Defectum lunae Plutarchus Anaxagoram primum monstrasse dicit, inveniit Nicias. Sulpitius Gallus, primus Romani generis rationem Eclipsion in vulgus extulit: & tribunos militum, praed quam Perles rex a Paulo Emilio superatus est, ab Imperatore in concionem productus, inani metu militum animos liberavit, & ea etiam de re vulgum edidit. Hic postea consul cum M. Marcello fuit. Plinius lib. 2. cap. 12.

Avicenna Astronomiae per decem annos cum Sorzano discipulo operam dedit, & instrumenta plurima, ceteris ignota, suis paravit manibus. Sorzani in eius vita.

DISCENDO.

Rudis fuit Priscorum vita, & sine litteris, & mathesi: non minus tamen ingeniosam habuere observationem siderum ortus & occasus, quam posteri rationem. Plinius lib. 18. cap. 29.

Hercules ob filias Atlantii restitutas, astrorum scientiam ab eo praemium tulit: cui rei quoniam intentius deinceps operam dedisset, Caelum humeris sustinuisse a poetis traditur. Sab. lib. 6. Enn. lib. 1. ex Diodoro.

Aegyptii mathematicis maxime incubuisse pernoctantur. Ad quam rem prolecebant eos regionum illarum benignior tractus, patentibus late campis ac noctibus serenitate perpetua siderali contemplationi nitentibus. In Epistola ad Pherecydem scribit Thales, in Aegyptum se cum Solone commensasse, studio Sacerdotes invitendi, & astronomos. Quin & ab istis se geometris imbutum, non inficiatur. Calvus lib. 16. cap. 4. A. L.

Arbitrari sunt nonnulli, dictam fuisse Pasphaen, Minois uxorem, in amore tauro incidisse: quia cum ex Daedalo de tauro inter astra collocato, de quo universa re astronomica audivisset, in astronomiae amorem incidit, ut ait Lucianus in dialogo de Astrologia. Natalis Comes Mythol. lib. 7. cap. 16.

Democritus Astronomiae studio accensus ad Aegyptios Sacerdotes primum, inde etiam ad Chaldaeos profectus est. Strabo narrat, Eudoxum cum Platone in Aegyptum profectum, ibi peritiam astrorum didicisse, philosophatumque in faxo, quod de eius est nomine nuncupatum.

C. Jul. Caesar, Cleopatra in regno Aegyptio confirmata, etiam cum ea intemptiva convivia assidue celebrabat, vacavit tamen per id tempus astrorum cognitioni, brevique ita profecti, ut Romam postea reversus, Pontificum correxit fastos, annumque ad eam intercalationis formam constituerit, qua hodie utimur. Sab. lib. 7. Enn. 6.

ASTRONOMIAE POSSESSIO.

ASTRONOMIA.

Astronomiam olim Astrologiam vocabant. Posterior aetas diversas scientias diversis quoque nominibus appellavit. Nos in praesentia de iis, qui siderum motus observant, Astronomiam proprie dicitur. Astrologos vero hodie appellamus eos, qui ex astris iudicant, & Generalitatis, atque Iudicarii, & Chaldaei alio nominis dicuntur. De quibus paulo post. Caelus lib. 12. cap. 10. Antiq. Lect. inquit: Astrologia pars est Gnomonica, quae solariorum discriminitatis umbris horas veritate suae gnomone pernotat: sicut alia pars Meteorologica, quae elevationum differentias astrorumque exquirat distantias, nec non multa variaque alia ad Astrologiam inspectionem tendentia perdoctet. Tertia pars Dioptrica nominatur, Solis, & Lunae ceterorumque astrorum intervalla huiusmodi internotans instrumentis: inter qua Astrolabi est inventio, quam Ptolemaeus Synesius attribuit, quod est Policiano item observatum: cuius partes, Pagina, ipsa continens tympana, in quibus equinoctiales tropicique describuntur circuli, quinque alternis horis, & anaphorice: tum supra tympana, quae vocantur Aranea designantur, in qua zodiacus, & clara quaedam sidera cernuntur, ut per noctem quota sit hora, quocumque temporis momentum reperiantur.

PERITI.

Caelum Saturni patrem, quem ille, in fidiis prope fontes ac fluvios locatis, caprum executum, Diodorus lib. 4. scribit, peritissimum fuisse cursum astrorum temporumque, & annum digessisse, unde illi Caelo nomen, rudesque homines attes docuisse & humanitatem: regnasse circa Septentrionem, & occidentem in Africa, genuisse ex variis uoribus liberos quinque, & quadraginta. Ludovicus Vives in lib. 7. Augusti de Civitate Dei, cap. 19.

Atlas magnus fuisse Astrologus dicitur. Unde occasione fabula invenit, ut cum caelum portare confingeret. Quamvis moens eo nomine nuncupetur, cuius alitudine potius caeli portatio in opinionem vulgi venisse videatur. Augusti, lib. 18. de Civitate Dei, cap. 8.

Lucianus de Astrologia, Alatum, inquit, equum Bellerophonti fuisse, non admodum credo: verum arbitror illum Astrologiam sectantem, sublimiaque cogitantem, & inter astra versantem, in caelum non equo ascendisse, sed animo.

Thestale mulieres praecipue magicae artem callere putabantur (sic Aristophanes in Nubibus: Τησάλαι μαγικὰ δὲ ποιεῖσθαι ἔμελλον, & Κεδύλωνι ὑποταρ τῶν ἀνδρῶν. Venerunt si fuerint iam iste Thestalam Coemetero, capro lunam noctibus.)

Quod essent rerum astronomiarum peritae. Inter ceteras Aeglaonice vel Aganice, Thestiarum regis Hegoris filia, hac scientia praestitisse dicitur: quae quoties immineret Lunae defectus, se velle de caelo detrahere protestebatur. Plut. in praecipis comm. & de Orac. def.

Hipparchus Niczus scripsit de Atari Phenomenis, de stellis fixis, de Lunae motu contra Platonem. Solis, & Lunae cursum in sexcentos annos praecinit, menses gentium, dieque & horas, ac situs locorum, & vicus populorum complectitur. Plinius lib. 2. cap. 12.

Anaximander Milecius, Thaletis discipulus, Lunam alieno lucere lumine, solem terrae aquare magnitudinem, & esse purissimum ignem, asseruit. Primus Gnomonem invenit, eumque Lacedaemone in loco captandae umbrae idoneo statuit, ut conversiones Solis, & Equinoctia notaret. Horoscopia quoque, & sphaeram fabricatus est. Laertius lib. 2. Primus quoque obliquitatem Zodiaci intellexit, hoc est, terrum fores aperuisse traditur, Olympiade 58. Signa deinde in eo Cleostratus, & prima Arietis ac Sagittarii. Sphaeram ipsam ante multo Atlas. Plin. lib. 2. cap. 8.

Democritus Abderites scripsit de Planetis, magnum annum sive Astronomiam, Caeli descriptionem, Poli descriptionem, Radiorum descriptionem. Laertius lib. 9.

Xenocrates Calcedonius de Astrologia sex libros scripsit. Laertius lib. 4.

Eudoxus, Aichinis F. Gnidius, medicus Platonis aequalis, Astrologus insignis, multa scripsit ejus generis: & Octaedridem, id est, octo annorum circuitum, & astronomiam versibus est executus. Suidas, Laertius lib. 8. Fastos scripsit, significat Lucanus, qui Caesarem in convivio Cleopatrae gloriantem facit.

Nec

A Nec meus Eudoxi vincitur fastibus annus. Ludovicus Vives in librum 16. Augustini de Civitate Dei capite 23.

Theophrastus Eressus Astrologiae historiae libros sex scripsit. Laertius lib. 5.

Oenopides Chius, Astrologiae in primis peritus, cum dedicaret in Olympis legum tabulam, inscriptam in ea Astrologiam 59. ann. affirmans, hunc esse magnum annum. Alian. lib. 10. Variis historiae.

Circa Olymp. 86. Athenis Metro Pausanias filius Lacedaemonius, singularis in Astrologia eruditio, tabulam quae Novem decennalis circuli inscribitur, exposuit, ejus ingressu tertia decima die mensis Sirophotionis Athenis dein instituto. In eo annorum numero in eundem statum revertuntur alia, qualisque magni anni orbem conficiunt. Quapropter a nonnullis cursum ille, Metonis annus appellatur. Diodorus lib. 12. & Alian. lib. 10. Var. hist.

Aratus Solensis, & Ciliciae (ess enim & Cypru utbs Solis) Athenodori filius, natus Olympiade 124. apud Antigonum Pogonatum regem Macedoniae obiit: scripsit Phenomena, B quorum initium mirabile est, & emulatioe Homerica: Hymnos in Pana, Spondophoros, Ludicra, Astrologiam, & Astrothesiam: commodam Pharmocoporum theriacorum compositionem: Anthropogoniam, id est, ortum hominum, & alia quaedam. Suidas. Alii faciunt Pompejopolitanum, iuxta quam Ciliciae urbem in parvo tumulo monumentum Arati visitur, in quod iacta saxa distiliunt, incertum qua de causa. Phenomena verit Cicero juvenis adhuc fragmentum interpretationis extat: postea Jul. Caesar, ut tradit Firmicus: sed vulgaris opinio est, & ea verior, mea sententia, Germanicum Latinè cecinisse Aratea, nisi Firmicus Germanicum Julium vocer. Postremò Hieronymi atate Avienus Rufius paraphrasam, scilicet Latinam. Ludovicus Vives in librum 18. Augusti de Civitate Dei.

Cleomedes scripsit de circulis caelestibus elegantem admodum tractatum, qui adhuc extat: auctore Volat. lib. 14. cap. 2. Antrop.

Conon libros de Astrologia septem reliquit. De eo Virg. in Bucol. In medio duo signa, Conon, & quis fuit alter? Hic Ptolemaeo Philadelpho gratificatur, Berenices comam in Caelum transfuisset dicitur. Fuit autem Berenice Ptolemaei Soteris, & Philadelphi mater, quemadmodum & Theocritus in Syraculis meminit: Quam rem Callimachus cecinit, & ex illo Catullus in elegia quadam, qui titulus est de Coma Berenices. Huius & Proclus in sphaera sua, & Theon apud Aratum meminere.

C. Manilius Antiochenus, conditioe servus, Astrologus, & Poeta, una cum Plotio poeta Mingorum, & Cabetio grammatico conservis, ex Asia una navi advectus fuit, teste Plin. lib. 37. Astrologum versibus primus Latinorum aggressus est, opus Augusto dedicans: ubi se non aliorum viam ingressum, nec aliena profecer, sed sua & nova profectetur, tacite Virgilium notans. Carmen grave, sedatum, & elegant, ut planè videatur temporis illius majestatem, & eloquentiam redolere. Opus videtur imperfectum, quoniam de septem erraticis stellis mentionem non facit. Volaterranus 27. Vrb. comm.

Jul. Hyginus ad M. Fabium Quintilianum, cui familiarissimus fuit, de mundi, & sphaerae narratione utile opus Astronomicum scripsit: praeterea de signis caelestibus aliud in quatuor libros distinctum. Volat. lib. 15. Antrop.

Hypatia, mulier Alexandrina, Theonis geometrae filia, uxor Ildori philosophi, scripsit in Astronomia: docuit Alexandriae concurrentibus undique discipulis: Claruit sub Arcadio Imperatore. Tandem ab Alexandrinis ob invidiam interfecit. Suidas.

Alpharabius Arabs, philosophus, & Astronomus suo saeculo excellentissimus, Othonis tertii temporibus in precio fuit: ut Bergomenfis, & Sabellicus testantur.

Petrus de Haliaco Alemanus, Cardinalis Cameracensis, abhinc annis centum in Astrologia nonnullis tractatus edidit, inter quos de parallelis 12. ad quos omnes Ptolemaei parallelus reducit, multaque ipsius interpolatae declarat. Volat. lib. 21. Antrop.

Alphonfus X. Hispanorum rex, profectebatur Astronomiam, siderum scientiam: in qua tanta cum laude versatus est, ut quae extant Tabulae, ab eo dictae sunt Alphonsinae. Ratus Neapolitanus lib. 3. Regum Hispanorum.

Joannes Monteregus, homo Germanus, Marthiae L. B. T. beat. vit. Flaman. Tom. I.

Pannoniae regi, apud quem agebat, gratissimus, edidit Ephemeras, inductis novis a suo nomine calculis, computataque Gerardi Cremonensis theorica. Composuit praeterea Epitomen in Ptolemaei magnum opus, quod Almagestum vocant. Volaterranus lib. 16. Antrop. Norimbergam inde profectus, & ad Calendarii emendationem a Sixto Quarto Pontifice Maximo Romam accessit, rebus nondum profectus obiit.

Georgius Purbachius, in limitibus Bavariae Austriaeque natus, Joannis de Monteregeio praceptor, Astronomicae disciplinae in Viennensi Gymnasio instaurator, floruit sub Friderico I I. Rom. Imp. Apud Bessarionem Cardinalem magna in aestimatione habitus, dum is legatum Viennae ageret: ejus horatu scripsit sex primos libros epitomatis Almagesti Cl. Ptolemaei. Mortem obiit, opere adhuc imperfecto, nondum quadragenarius, anno Domini 1462.

Aetate nostra Copernicus, Astrologus non antiquis solum comparandus, sed in astrologia protus admirandus, tota antiquitate hypotheseum rejecta, hypotheses non illas quidem novas, sed tamen admirabiles revocavit, quae Astrologiam non ex astrorum, sed ex terrae motu demonstrarent. P. Ramus lib. 2. Proaemii mathem.

Jovianus Pontanus poeta, cum hominibus superioris saeculi conferendus, de Stellis libros 5. Meteororum unum scripsit, eruditè non minus quam doctè: quamvis argumentum ipsum aegre cultum sermonis, & verborum phaleras admittat. Ravifus.

IMPERITI ASTRONOMIAE.

Ignorantia

IN GENERE.

Mirum est, quod Cicero, in 1. de Oratore dicit, constare inter doctos, hominem ignatum astrologiae Aratum ornatissimè atque optimis verbis de caelo stellisque dixisse: tanta est vis eloquentiae. Ludovicus Vives in lib. 16. Augusti de Civitate Dei, cap. 23.

IN SPECIE Imperiti

Solis occasus.

Pofidonius vulgò dici tradidit, Solem in finitibus Oceani littoribus multò majorem occidere ingenti cum strepitu: perinde ac eo profundum incidente, in illo restinguendo pelagus effervescat. At hoc mendacium est, uti & illud, noctem post occasum è vestigio subsecqui.

Haud enim è vestigio, verum sensim postea. Attenditur autem solem centies ampliore occidere asserit, continuoque noctem occupare, ut ipse quidem perspexerit. Strabo lib. 3. Hug. allussit videtur Satyricus: Audit Herculeo stridentem gurgite solem. Exercitus profectus Rom. D. Junio Bruto duce, cum in Lusitania Solem Oceano se immergentem vidisset, superstitione tactus, quasi Deum merentem aspectu, summa affectus est tristitia. Sabellicus lib. 5. Enneadis 5.

Anni.

Astronomiae imperitia fecit, ut anni constitutio apud varios populos varia fuerit. Arcades suum annum tribus mensibus explicabant, Acamanes sex, Graeci reliqui 354. diebus, Romulus decem mensibus, &c. Vide Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 12. & 13.

Bissexti.

Maximilianus I. Imp. Brugenè oppidum in Flandria in vigilia D. Matthaei manè ex composito occupaturus fuerat. Ceterum cum Bissextilis ille annus esset, priori die assuit, frustra quae expectato conjuratorum motu, re infecta redire coactus est. Cives in proditores saeviere. Crantzius lib. 12. Saxoniae, cap. 35.

Solfitorium.

Cleomenes Spartiacus cum Megalopolim Arcadiae quorundam proditioe capere proposuisset, quoniam non praeviderat, quòd circa Plejadis ortum breves omnino contingit esse noctes, exercitum movit ex Lacedaemone, cum jam sol occideret. Orto ergo die, cum accederet turpiter, multis amissis, ac de summa rerum periclitatus, rejectus est: qui si, iuxta quod constitutum erat, quando ii, qui murum custodiebant, intromittendi illius facultatem habebant, exercitum adduxisset, urbem cepisset. Polybius Hist. lib. 9.

**A** Eclipsim.  
 Vide infra, Astronomia usus in effatum presentium declaratione.  
 Antequam ostensa esset vulgo à Philosophis ratio defectuum Solis, & Lunæ, homines cum illa sidera defecere viderent, aut scelus aliquod ingens, aut mortem eorum credebant. Hic pavor non in rudi solum erat plebe, sed in eruditis quoque. Itidem adjuvari putabant Lunam in defectibus laborantem sonitibus perignis, ne voces incantantium eò possent pervenire, ut ab ea exaudirentur: idcirco peives, & tympana, & cymbala pulsabant. Propertius:

Cantus, & è curru Lunam deducere tentant:  
 Et facerent, si non era repulsa sonent.  
 Juvenalis de femina loquacissima Satyr. 6.  
 Vna laboranti poterit succurrere Luna.  
 Item Plin. lib. 2. hoc ipsum Pindaro, & Sthesicoro tribuit. Nostra memoria Populus fuit, qui Lunam ab asino epotam crediderit: cum is asinus de fluvio biberet, qui Lunæ speciem, ut fit, reddebat, illaque obrectu nubis subito se condidit, asinusque in carcerem conjectus, & post legitimam quaestionem secus est, ut Lunam mundo redderet. La. Vives lib. 10. de Civit. Dei, cap. 16.

Scriptores quidam Romulum propter tyrannidem à senatu discreptum dixerunt, subornatumque necio quem Julium Proculum, qui cum sibi apparuisse diceret, & populo mandasse Romano, ut inter numina coleretur: eoque modo populum, qui contra senatum insurgere cœperat, sedatum fuisse, præsertim cum eo ipso tempore solis defectio accidisset, cujus naturalem rationem cum Romani ignorarent, regis sui Socratorum tribuerunt. August. lib. 1. de Civit. Dei, cap. 14.

Nicias Atheniensium dux, cum exercitum 60. millium circa Syracusas, mutatis castris, servare posset: cum Luna deliquim pateret, quasi illa periculum aliquod portenderet, superstitiosè à motione castrorum abstinuit. Interea muro ab hoste circumvallatus, cum sequenti nocte castra moveret, & id hostis præsentia eret, & exercitus, & duces in manu Syracusanorum inciderunt. Polyb. lib. 9. & Diod. Sic. lib. 13. & Plin. lib. 2. cap. 12.

Archelaus Macedonum rex, in Solis deliquio, rerum naturæ ignarus, & pavore attonitus, festinantius occludi regiam imperavit, & quod affolebat in magno plerumque motore, comam filio decuti jussit. Cælius lib. 7. cap. 28. Letitia Antiquarum.

Stesichorus atque Pindarus poeta clarissimi, Matheseos ignari, Solis & Lunæ deliquia veneficis fieri, itaque æris timonium auxiliari, sunt arbitrati. Plinius lib. 2. c. 12.

Perseus Macedonum rex contra L. Paulum Æmilium pugnaturus, cum sol sereno cœlo repente defecisset, animo pernitens concidit, prodigium id ad regni excidium pertinere arbitratus. Plut. in Emilio.

Alcibiadis accusator, mendax ex Astronomia imperitia deprehensus, cum à se vivos Hermaum detruentes noctu afferuisset, silente Luna. Plut. in Alcibiade.

ASTRONOMICA EXERCITIA.

SIVE

COGNOSCENDO, OBSERVANDO.

Atlas frequentes sustulit filios, sed unum pietate, ac in subditos iustitia, humanitateque insignem, quem Hesperum appellavit: qui cum in Atlantis montis cacumen ad scrutandum astrorum cursus ascendisset, subito à ventis abreptus, nequaquam amplius visus est. Casum hunc miserata plebs, honores illi præbens immortales, astrum cœlesti lucidissimum ejus nomine vocavit. Diod. lib. 3. cap. 5.

In Babylonis medio Semiramis templum Jovi erexit quem vocant Babylonii Belum. De quo cum & scriptores discordent, & opus ipsum venustate collapsum sit, certi nihil pronuntiarî potest: constat tamen, miranda altitudine fuisse, & à Chaldeis in ipso observatione factas esse, accuratè considerato & oriente, & occidente, propter operis altitudinem. Diodor. Siculus lib. 2.

Anaxagoras philosophus interrogatus, Curam fe natum arbitraretur? respondit, Diem ac Solis videndi causa. Laertius. Quam quidem vocem ab philosophis summa exce-

ptam admiratione, risti prosequitur Laetantius: putans, E deficientem, quid responderet, in hac verba protulisse. Cælius lib. 1. cap. 20. Antiq. Let.

Ante Helopolim Ægypti specula quædam ostenditur Eudoxi dicta, quemadmodum & ante Gnium, in qua ille cœlestium motuum adnotabat. Strabo lib. 17.

Alphonus X. Hispanorum rex, majorem ferè Astronomiam quàm regno optatum dabat. Videbat enim plus ex ea gloriæ se consecuturum, quàm ex ipsa regni administratione.

DOCENDO.

Vide Tit. Doctores Astronomie.

Sethi filii, Adami protoplasti nepotes, cum ex avi prædicatione cognovissent futurum rerum omnium interitum, duas columnas fecerunt, ex quibus una ex lateribus constructa erat, altera ex lapidibus, ut silatiticia ab imbris destrueretur, lapidea permanens integram scripturam legentibus præberet. His in columnis ea, quæ ad observationem siderum pertinerent, à se inventa, inscripserunt. Proinde ab Hebræis ad Ægyptios, & Chaldaeos, & deinde ad reliquos astrologiam mansisse, credere par est. Josephus in 1. Antiquit.

PREDICENDO.

De prædictionibus infra sub usu, & in particulari.

JUDICANDO. ASTRONOMICUM JUDICIUM.

Consule Tit. Astronomia ignorantia, quatenus iudicium in ea ratio habetur.

Atlantis cœlum sustentis fabulam, qui pedes in terra habeat, humeros ad ortum & occasum, caput ad meridiem (ut ait Aristotel. in lib. de Causa motuum animalium) homines periti ad mirabilem universi consentientiam referunt, ut indicarent, mundum firma sede indigere, circa quam volveretur: per quam transitret diameter, qui ea quæ supra nos sunt, ab inferioribus disterneret. Atlantem igitur axem mundi appellatur, ab Ægyptiis & Græcis, perfero & sustineo, quia indefessus sit axis in mundi machina sustentenda. Diodor. lib. 4. cap. 3.

Lucippus Eleates, ex atomis totius vertigine circumactis & incensis sidera effici voluit: & Solis exitum esse circumlum: Luna vero terra proximum, cætera sidera media: Sidera omnia ob celeritatem motus ignescere, Solem vero inflammari à sideribus: Lunam paululum ignis habere: Solem, Lunamque deficere, quòd terra ad Meridiem vergat; quæ ad Septentrionem sunt, nivibus conspurgantur, & pruinis algeant: Solem ratò deficere, Lunam semper, propter circulos impares. Laert. lib. 9.

Anaxagoras Clazomenius Solem candens ferrum, & ignitum esse, & Peloponneso majorem, asseruit: vel certe lapidem esse ignitum. Prædixit lapidem è Sole calurum: qui & cecidit ad Ægos flumen Thracia, anno secundo Olympiadis 78. Eaque ratione inductus Euripides illius discipulus, in Phaetonte fabula Solem auream galeam appellavit. Lunam habitacula in se habere, & colles & vales affirmabat. Sidera principio quidem turbato, & confuso motu ferri solita, ita secundum terræ verticem, eum qui semper apparet, polulum versari, postea vero inclinationem accepisse. Lactem orbem reflexum esse solaris luminis, non intermicantibus astris. Cometas errantium stellarum esse concussum, flammam ex se emittentium: eosque veluti scintillas ab ære vibrari. Laertius lib. 2. & Plinius lib. 2. cap. 60. & Xenophon. lib. 4. Memor.

Heraclitus Ephesus cœlestia sidera scaphas esse voluit, per concavum ad nos conversas, in quibus evaporationes lucidæ concurrerent, flammamque redderent. Esse autem lucidissimam calidissimamque Solis flammam, alia cætera remotiora: Lunam terræ viciniorum nos per liquidum locum ferre, eoque minus calefacere. Deficere autem Solem & Lunam, cum scapha ad superiora vertuntur: mentituaque figuras Lunæ fieri, dum in illam sensim vertitur scapha. Diem item & noctem, menses & annos, annique tempora, secuturam evaporationes varias fieri. Nam liquidam evaporationem in Solis circulo inflammat, diem facere: densam vero, noctem: atque ex lumine calorem augeri, ætatemque

que perficere: ex tenebris humorem abundare, unde hyems oritur. Laertius.

Epicurus ait, quum oriuntur, accendi; quum occidunt, extinguuntur: perinde ac si quis diceret, quum homines conspiciuntur, nasci: quum non videntur, mori. Cælius lib. 2. cap. 13. Antiq. Let.

Eudoxus Gnidius omnium astrorum (si libeat observare) minimos dies redire eadem vices quadrennio exacto putat, non ventorum modò, verum & reliquarum temperatum, magna ex parte. Et est principium lustri ejus semper intercalari anno, Canticule ortu. Plinius lib. 1. c. 47.

Nicetas Syracusius (ut ait Theophrastus) cœlum, Solem, Lunam, stellas, supra denique omnia stare censet, neque præter terram, rem ullam in medio moveri: quæ cum circum axem fe summa celeritate convertat, eadem effici omnia, quæ si stante terra cœlum moveretur: atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur, sed paulò obscurius, 3. in eis aphor. cetero in diaphan. cetero in diaphan. Cicero in Lucullo. Plutarchus in libro de Forma, quæ vitium in orbe Lunæ, Cleanthem quemdam Samium nominat, qui conatus sit ostendere, eadem effici omnia in cœlo quæ nunc nobis apparent, posito cœlo ipso manere: terram verò in obliquo circulo, & circum axem suam torqueri. Victorius lib. 22. Var. Let. cap. 3.

Aristarchus putavit impietatis iudicio persequendum à Græcis Samium Cleanthem, qui mundi fundamenta moveret: quòd dum tueri laborat ea, quæ comparent in cœlo, id ponat consistere, ac terram circulo obliquo torqueri simul circa axem suum volutam. Plut. de Facio in orbe Luna.

CERTANDO. ASTRONOMICAM CERTAMINA.

Copernicus in libris Revolutionum, deinde Reinholdus, post etiam Stadius, mathematici nobiles, perspicuis demonstrationibus docuerunt, Solis apud terram esse propiorem, quàm Prolemæ ætate (sorsit autem Adriano principe) duodecim partibus, id est uno ac triginta terra semidiametris, vel potius ut Germani suis partibus metiuntur, 25. millibus, 600. & 60. miliaribus Germanicis, quæ Gallis altero tanto majora feruntur. Julius Cæsar Scaliger flagris dignos putavit, qui talia scribunt. Joan. Bodinus Methodi histor. cap. 8. At Gul. Postellus ex hac propinquitate mundum igne conspurgaturum, necessario argumento, comprobati falsò, & pugillator, existimavit.

Navis una, quæ Victoria à tam celebri eventu vocata est, ductu Ferdinandi Magellanis discedens ex Hispania, vigesima Septembris, anni 1519. per Antarticum fretum via ad Indos facta, reversa est anno 1522. sexta Septembris. Cumque discessissent homines 337. reversi sunt 18. Numeraverunt autem diem unum plus. Id qua ratione factum sit, dubitatur. Cæterum id non solum contingere potuit, euntibus ab occidentem versus orientem; sed etiam fuit necessarium, velut euntibus ab orientem versus occidentem, unum minus numerare necesse foret. Cardanus de Rerum varietate, lib. 2. cap. 62. ex Petro Ciezæ.

ASTRONOMIÆ USUS.

Altra ut naturalia corpora Physico subjiciuntur, usus astrorum ad Physicos quoque eatenus pertinet. At respectu motus sui, Astronomo subjiciuntur. Consule Tit. Astronomia Imperitii: quatenus damnata, quæ ex artis ignorantia proveniunt, ejusdem usum commendare videntur.

RESPECTU FINIS PROPRII.

Ad cognitionem TEMPORUM UTILIS EST.

In genere, Cognitioni Anni.

Solon perspecta mensis varietate, nec cursum Lunæ vel eam exortu Solis, vel eum obitu proflus congruere, verum subinde eam Solem eodem die & aequi, & prætergredi: hanc ipsam diem vltu & riar, id est, novissimam, & primam Lunam iussit appellari, partem ejus, quæ coitum cum Sole Lunæ antecedit, desinenti, residuum inchoanti arbitratus attribuendam. Et fuit certè primus, qui Homerum percepit canentem.

Hic cum deservit mensis, tum cœperit ille. Insequentem diem vulvular vocavit. Dies mensis, qui succedunt vigesimo, non attendendo, sed detrahendo, & retexendo, ut lumen Lunæ advertit, usque ad trigefimum numeravit. Plutarchus in Solone. L. B. Theatr. vit. Human. Tom. 1.

Quum apud Præcos Romanos Pontifices, qui sacris præerant libris, quibus totius anni res populis explicabantur, intercalarent, id est, vocarent populum, ut quando lege agi liceret, scirent: factum est, ut mensis divilus sit in Calendas, Nonas, & Idus, primusque dies Calendæ dictæ sint, 30. & 7. kalendæ, quod est vocare. Etenim minor Pontifex observabat, quando nova primùm appareret Luna: quæ visa, id protinus Sacrificulo regi nuntiabat: tum factò, ut moris erat, sacrificio, Pontifex incipiebat eos vocare, qui in agris essent, quò scirent feriarum pariter causas, atque quid eo mense agi liceret. Ita calata, hoc est, vocata in Capitolium plebe, pronunciabat, quot dies à Calendis ad Nonas superessent: unde Nonæ ipsæ dictæ, quia semper dies novem à Nonis ad initium Iduum interstant, & quintanas quidem, quinque dicto verbo Kalo: septimanas, repetito septies, prædicebat. Diem, qui ex his diebus, qui Kalarentur, primus esset, placuit Kalendas vocari. Idus autem circiter medium mensem ponebant, idque verbum ab Hetruscis sumptum, quorum lingua iduare, dividere est. Polyd. lib. 2. c. 4. de Rer. inveni. ex Macrobi. lib. 1. Satur.

Nama rex annum à Romulo in decem menses distributum contexit. Vide Plut. in Noma.

C. Julius Cæsar, opera Sosigenis mathematici factos contexit, jam pridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeò turbatos, ut neque mensem ferie æstare, neque vindemiarum autumno competere; annumque ad cursum Solis accommodavit, ut 365. dierum esset, & intercalatio mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur. Bisextum vocant, quia duobus continuis diebus bis dicimus 6. Calendas Martias, duos dies pro computantes. Plinius lib. 18. cap. 25. Plutarchus in Cæsare, Apianus, & Svet.

Augustus Cæsar Annum à Julio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum, atque confusum, rursus ad præstantiam rationem redegit. In cuius ordinationem, Sextilem mensem à suo cognomine nuncupavit, magis quam Septembrem, quo erat natus: quia hoc sibi primus consulatus, & insignis victoriæ obtigissent. Svet.

Victorius, sive Victorinus Aquitanus, Astronomus excellens, à Pontifice Hilario invidiosus, ut rationem celebrandi Paschalis juxta Lunæ cursum institueret, cyclum Paschalem ex altissima calculatione ad Lunæ motum composuit, extenditque usque ad annum 532. ita ut 533. anno redeundum fuerit ad initium ejusdem mensis, diei, & Lunæ, quibus primitus anno passionis, & resurrectionis Domini primò solemnitas Paschalis celebrata est. Sabell. lib. 2. Ennead. 9. & Platina, hac in re cum superasse eos asserunt, qui antè ipsum aggressi erant, Eulchium, & Theophilum.

Diei, Horarum.

Augustus Cæsar obeliscum ex Ægypto 116. pedum Romam devehitum, in campo Martio erexit, eidemque addidit mirabilem usum, ad deprehendas solis umbras, dierumque ac noctium magnitudines, strato lapide ad obelisci magnitudinem, cui par fieret umbra Romæ confecto die sexta hora, paulatimque per regulas (quæ ex ære incluse) singulis diebus decresceret, ac rursus auferet: digna cognita res, & ingenio fovendo. Manlius mathematicus apicem auratum pilam addidit, cujus vertice umbra colligebatur in semetipsam, alia atque alia incrementa jaculantem apice, ratione (ut ferunt) à capite hominis intellecta. Hac observatio Plinii tempore triginta jam ferè annis non congruit: sive Solis ipsius distans cursu, & cæli aliqua ratione mutato, sive univèrsa tellure aliquid à centro suo dimota, sive utris tremoribus, ibi tantum gnomone intorto, sive inundationibus Tiberis sedimento molis factò, quantum ad altitudinem impostæ rei, in terram quoque dicantur facta fundamenta. Plin. lib. 36. cap. 10.

In specie, Cognitioni Rusticorum operum.

Agricolæ ex siderum fixorum ortu, & occasu, tempestates anni distinguunt, & opportuna tempora rusticorum operum observant. Licet hoc ex Helioidi, & 2. videre, quæ Ephe-meridum loco à veteribus habitæ fuerunt. Itaque duarum artium mechanicarum præstantissimarum, agriculturæ scilicet, & mercaturæ, regula est ipsa Astronomia, ut etiam Virgilius in Georgicis testatur.

Vrbis occupandæ.

Cleomenes Spartanorum rex Megalopolim occupaturus

A proditio, propter solstitii ignorantiam conatu excidit. Polybius lib. 9. Philippus Rex, Astronomiam imperitia hostibus Melitais suam adventum prodidit. Cum enim circa mediam noctem venturum se constitisset, & ante tempus de Marilla movisset, in agrum Melitæum maritimus venit, quam ut conjurati, quos habebat in urbe, opem illi ferre poterint. Itaque multis suorum amissis, cum dedecore reverteret est. Polyb. l. 9. Hist.

EFFECTUUM COELESTIUM, TUM Futurorum, Prædictiones Astronomicæ naturales.

Aganice vel Aglaonice, Hegemonis sive Hegotoris Thefalii filia, eclipticorum pleniluniorum callens, cum tempus, quo Lunam contingit terræ umbram subire, præsensisset: imponentur persuadereque mulieribus, Lunam se de Cælo devocare. Eam vocem tam arrogantem audivit Nemesis, moxque pœnas impugit. Atque hinc origo proverbii, Lunam detrahit; de eo, cui res vehementer adversa videntur. Erasim. in Adagiis.

B Thales Milesius Olympiade 48. anno quarto prædixit Jonibus Solis defectum, qui sub Halyate rege factus est, cum æquo Marte contra Cyaxarum Medorum regem pugnaret, anno Romæ conditæ 170. Plinius lib. 2. cap. 12. Herod. lib. 1. Laertius lib. 1. In sexcentum quin etiam annos, Solis & Lunæ cursum præcinit. Sabel. lib. 10. cap. 8.

Celebrant Græci, Anaxagoram Crazomenium, Olympiadis septuagesimæ octavæ secundo anno, prædixisse cœlestium literarum scientia, quibus diebus factum calurum esset Sole. Idque factum interdictum in Thraciæ parte ad Ægos flumen: qui lapis etiam nunc ostenditur, magnitudine vehis colore adusto: cometa quoque illis noctibus flagrante. Plinius lib. 2. cap. 57. Idem, quod Olympiæ cum aliâ, tum in ficitate maxima pluiturum prædixisset, pro Deo habitus est. Philostratus in vita Apollonii.

Plato ad Dionysium tyrannum in Siciliam venerat, ut ei Dionem reconciliaret. Interim Helicon Cyzicenus, unus ex Platonis familiaribus, defectionem Solis prænuñtiavit. Quæ consecuta, affectus admiratione tyrannus, donavit ei argenti talentum. Tum Aristippus ludens apud alios philosophos, rem se quoque retulit prænuñciare admirabilem posse. Quibus, ut eloqueretur, quid id esset, rogantibus: Significo, inquit, ego, Platonem, & Dionysium brevi inimicos fore. Plutarchus in Dione.

Sub Claudio Solis eclipsis accidit in ipso natali die Cæsaris. Ob quam ne turbarentur alii, Claudius ante eam prædixit, & causas indicavit. Dion. Presentium. Declarationes Astronomicæ.

Pericles classi præfectus, cum obscurato repente Sole, milites interitum sibi cœlesti denunciatione portendi crederent, processit in medium, & quæ à præceptore suo Anaxagora, pertinentia ad Solis, & Lunæ cursum, acceperat, distulit, nec ulterius trepidare cives suos vacuo metu passus est. Valerius lib. 8. cap. 11.

Agathocles adversus Pœnos pugnaturus, Solis conspecta eclipsis, rationem ejus milites edocuit, ne terrentur.

Sulpitius Galli maximum in omnigenere literarum recipiendū studium, plurimum Reipublicæ profuit. Nam cum L. Pauli, bellum adversum regem Perien gerentis, legatus esset, ac ferena nocte subito Luna defecisset, eoque veluti diro quodam monstro perterritus exercitus Romanus, manus cum hoste conferendi fiduciam amississet: de cœli ratione, & siderum natura peritissimè disputando, alacrem eum in aciem misit. Itaque illi inclity Paulianæ victoriæ, liberales artes Galli aditum dederunt: quia nisi ille metum Romanorum militum vicisset, Imperator Romanus vincere hostes non potuisset. Valerius lib. 8. cap. 11. Plin. lib. 2. cap. 12. & Plin. in Emilio.

LOCORUM, REGIONUM.

Græci cum Helicem in mari observarent, edictum dicitur, quasi Thales in illo dicitur. Est autem Helice, Urbs major: sic dicta, sed 70. & 100. quoniam ad se oculos hominum convertat, vel certe quod circa podium semper volvatur, neque unquam occidat, quemadmodum reliqua sidera.

Apud Homerum Ulysses Odysseæ lib. 5. viam stellarum observatione conjecit.

Adiæq; a quædam dicitur τὴν γῆν ἔχειν ἑαυτῶν. Πανδύρα δ' ἑσπέρη, ἢ δὲ δύστην Βορέην, Ἀφροδίτην, ἢ δὲ ἑσπέρην ἑσπέρην καλέουσι. At clavo ille cedens, navis miræ arte regebat: Nunquam corrumpit mutantia lumina somnis; Verum Pleiadas spectat, sermone Bootem. Tartari cum incensus, & nullis finibus observatus, sedibus vagatur, inter ducendos exercitus, stellarum aspectu, maxime verò poli arctici (qui Sclavonica lingua Zeleffni Kol, quasi ferreus stipes, dicitur) cursum suum dirigere solent. Guaguinus in descriptione Tartaria.

RESPECTU FINIS IMPRO-

PRII. Puta Animando, Metum eximendo. Vide paulo ante Tit. Declarationes Astronomicæ. Gloria acquirenda.

Festus scribit, Herculeum Astrologum fuisse, qui eo se flammis injecit die, quo Solis erat obscuritas futura, ut opinio suæ divinitatis confirmaretur. Didicerat enim eam artem ab Atlante in Lybia: cumque spheram ab eodem datam Græcis ostendisset, stupidis animis omnia trahentibus ad fabulam, argumentum dedit fingendi, Herculeum in calo sustinendo Atlanti festo jam successisse. Lud. Vives in lib. 18. Augusti de Civit. Dei, cap. 11.

Sapor rex Persarum machinam tam grandem è vitro confecti fecit, ut in ejus centro sederet tanquam in terra spherata, spectans sub pedibus etiam alta, exorientiæ ac occidentiæ sidera: ut sic mortalium cum esset, supra tamen omnem mortalem conditionem esse videretur. Meminit similis spheræ ab Archimede confectæ. Claudianus:

Impiter in parvo cum cerneret aethera vitro, Riste, & ad superos talia dicta dedit: Hucine mortalis progressa potentia cura? Lam mens in fragili ludæus orbe labor. Iura poli, verumque fidem, legesque deorum, Ecce Syracusis transiit arte senex. Inclusus variis famulatur spiritus astris, Et vivum certis motibus urget opus. Percurrit proprium mentibus Signifer annum, Et simulata novo Cynthia mense redit. Iamque suum volens adax indystria mundam, Gaudet, & humana sidera mente regit. Quid falsos in se quærit tonitru Salmone miror? Emula nature parva reperta manus. Morte ferenda.

Astronomiam usum Plinius lib. 2. cap. 12. etiam ad mores confert, his verbis indicat: Machinigenio esse cœli interpretes, ferumque naturæ capaces, argumenti repertoies, quo Deos hominesque vicissis. Quis enim hæc cernens, & fatis siderum (quoniam ita placuit appellare) labores, non suæ necessitati mortalis genitus ignoscit? Plinius lib. 2. cap. 12. Naturalis historie.

ASTRONOMICÆ CULTUS,

NEMPE STUDIUM, AMOR, HONOR ARTIS.

Ex præcedentibus Titulis Doctorem, Discipulum, Exercitiorum, hæc non pauca.

Septentrionales populi scipionibus utuntur, statuarum humanam æquantibus, quibus utrinque solaris anni dierum numerus Gothicis characteribus expressus continetur, 52 hebdomadas complectens. Hos festis diebus & armorum & librorum loco secum ad sacros conventus portant: ex his litterarum Dominicalem, annum intercalarem, festa mobilia, aureum numerum, Lunæ motum, non presentis tantum mensis, sed in multis post annos futurum, assignare possunt, ut hoc ipso minime barbaros esse comprobent. Olaus lib. 2. cap. 34. de Ritu Septent.

ARTIFICUM.

Captis Syracusis, M. Marcellus Archimedi philosopho parci iussit, ejus tamen machinationibus victoriam suam multum ac diu inhibitam senserat. Plinius lib. 7. cap. 37. & Plutarchus in Marcello. De Sphæra artificiosè ab eo confecta, meminit Claudianus.

Anaxenori citharædo è Tyana civitate M. Antonius tributa quatuor civitatum legenda præbuit. Strabo lib. 24.

A Matthias Rex Pannoniæ Joann. Montetegium Germanum, Ephemeridum scriptorem, multis auxit honoribus & divitiis. Volaterranus.

ODIUM, CONTEMPTUS.

Thaleta Milefio, dum sidera noctu contemplatur, in foveam delapso, Ancilla anus non tam artificem quam artem ipsam irrisit: Hic, dum quæ supra sunt, quarit, inquires, quæ infra sunt, cur non videt? Laertius.

Athenienses Anaxagoram Philosophum impietatis accusatum, quod rationibus physicis Solem ingentem lapidem esse dixisset, morti adjudicantur: intercedente tamen Pericle ejus discipulo, in exilium egerunt. Laertius.

Diogenes Cynicus siderom carpebat, quod Solem, Lunam, reliquæque sidera inuentes, quæ ante pedes essent, negligenter. Cuidam offendenti sibi horoscopium: Utile sanè inventum, inquit, ut in tempore cœnemus. Laertius lib. 6.

ASTROLOGIA.

ASTROLOGI GENETHLIACI, JUDICIARI.

Quære infra titulo particulari. NATURALES PROGNOSTICI, MATHEMATICI Critici, loco præsent.

Consule Tit. Astrologicarum prædictionum, ne eadem exempla sæpius sint repetenda. Id autem, quod paulo ante monuimus, etiam hic observandum est. Astrologiam non more veterum, pro Astronomia, hoc est, scientia corporum motuumque cœlestium, sumi, sed novo vocabulo pro divinatione ex Astris, Cœlestes imagines, sive signa, vocant Astrologi ipsa vocantur. Unde cœlesti ratione imaginibus concinnant, eventus sepe mirabili. Cælius lib. 1. cap. 15. Antiq. Lectioium.

Constituta est habitatio quadam in Babylonia philosophis indigenis, plurimum circa Philosophum vertantibus, qui Chaldaei appellantur. Sunt ex eis qui genethliologiam simulant, sed à cæteris non recipiuntur. Chaldaeorum astronomorum genera multa sunt. Nam quidam Orcheni dicuntur, quidam Borsipeni, & alii complures, qui tanquam perfectæ eadem de rebus aliasque alias opinionem sequuntur. Strabo lib. 16. Eos Ægyptiorum colonos facit Diod. l. 2. cap. 2. Chaldaei olim nuncupabantur & Genethliaci, Augustini temporibus, sicuti scribit ipse lib. de Doctrina Christiana 1. & Conf. 4. & in bello de Natura demonum, Mathematici & Planetarii. Nunc Astrologi passim vocantur, quandoque & in Sacris litteris Divini. Cælius lib. 1. cap. 9. Antiq. Lecti.

Zoroastres Performedus, sapientia superior astronomus, primus auctor recepti apud filios Magorum nominis, bellum Trojanum antecessit annis quingentis. Circumferuntur ejus libri, de Natura, de Gemmis, Prædictionum inspectione stellarum. Vixit sub Ninò rege Ægyptiorum: precatus est, ut igne cœlesti absumeretur, ac monuit Alkyrios, ut suos cineres conservarent: sic enim regnum eis semper esse permanentur. Et quidem etiam nunc ab eis assevantur. Suidas.

Ægyptii aliorum motus & observationes summo studio considerant, quas vires ad animantium generationem haberent, quæve aut bona aut mala importarent hominibus. Sæpius quoque, quod melius oculi mortali postest, sterilitatem frugum, fructuum ubertatem, morbos cum hominibus tum pecotibus imminentes, terræ motus, atque inundationum tempora, cometerumque ortus prædixerunt. Diod. Siculus lib. 2. cap. 2. de reb. antiq.

Necopus Rex Ægyptiorum, in aliorum cognitione peritissimus, de quo Antonius scribit:

Quique magos docuit mysteria, vana Necopus. Jul. Firmicus: Necopus, inquit, imperator iustissimus Ægyptii, & astrologus valde bonus, per seipios decanos omnia vitia valitudineque collegit.

Faunus, filius Pici (eu Jovis quem Mercurium vocabant, nomine erraticæ stellæ, quod aliorum peritus esset) metalla repeti auris, argenti, & ferri, & horum consecutionem tradidit occidentalibus; unde opum largitor vocatus est à popularibus. Cum autem à ferentibus suis infidie illi intenderetur, in Ægyptum fugit in tribum Chamii, filii Noe: & ab iis susceptus, consecratione illorum usus est, aurea veste indutus, & vaticinans, divinis affectus honoribus, quod ipsis divinitus impertiret. Suidas.

Manetus è Diopoli Ægyptii, vel Sebenites, scripsit Phy-

siologiam & Apotelesmata, id est, effectus aliorum, verfi. Ebus. Suidas & Cælius lib. 1. cap. 67.

Eurycles vates fuit quispiam, & cognominatus, hinc, ni fallor, quod ex altris vera prædiceret, παραβῆ ἔραζεν. Meminit & Suidas, quanquam apud hunc Eurycles scriptum est: id est, divinus, sive ventrologus. Refertur in Collectaneis Adagiorum Plutarcho inscriptis. Erasim. in Adag.

Bello Cimbrico Athenio Cilix servus, Astrologiæ peritus, servorum rebellium rex in Cicilia creatus fuit. Diod. lib. 26.

Varroni philosopho, qui Romanorum plurimæ fuit in historia lectionis, familiaris erat Tarrutius (alii Taruntium vocant) mathematicus, atque etiam genethliacus. Huic proposuit Varro, ut Romuli natalem designaret, ex eventis ejus ducens rationes, sicut quaestioium Geometricarum docent contextus: Eiusdem enim esse disciplinæ, cum diem natalem acceperis, vitam cujuspiam prænuñciare, ac vita proposita exquirere natalem. Suicepit provinciam Tarrutius, postquam ob oculos Romuli casibus factique, ac vite spacio & mortis genere, atque istis comparatis omnibus, confideret & intrepidè conceptum à matre pronuñtiavit anno secundæ Olympiadis primo, mensis, quem vocant Ægyptii Chœac (Decembris is sit) tertio & vicefimo die, ad tertiam horam, qua Sol omni ex patre defecit. In lucem editum mensis Toth, quem dicas Septembrem, vicefimo primo, circa Solis ortum. Die nono mensis Pharmuthi, qui respondet Aprilis, urbis incunabula fuisse, inter secundam & tertiam horam. Plut. in Romulo, & Sabel. lib. 1. Ennead. 2.

P. Nigidius Figulus (rotæ figurinæ similitudine nomine recepto) secta Pythagoreus, omnium disciplinarum peritissimus, ut cum M. Varrone confertetur. De quo Lucanus lib. 1.

At Figulus, cui cura deos secretaque mundi Nosse fuit, quem non stellarum Ægyptia Memphis Equaret visu, numerisque moventibus astris.

Flourit Cæsaris temporibus. Novæta, supra omnes homines vix ætatis, totius cœli ordinem & cursum: tenebat stellarum vim atque differentiam, quid ipse per se, aut cum aliis conjunctæ possint, & efficiant. Augusto Cæsari adhuc infanti imperium prædixit. Xiphilinus. Svet. in Aug.

Firmicus Maternus, Augusti tempore nobilis mathematicus, tractatum edidit in prognostica genethliacæ elegantem qui & temporum illorum eloquentiam referat. Ad nostram ætatem semifractus pervenit, non multis antè annis reperitus. Volat. lib. 16. Anthrop.

Apollonius Tyaneus astrologus insignis, inter cætera de conicis figuris nobilem tractatum edidit, qui cernitur (teste Volat. lib. 17. cap. 3. Anthrop.) in bibliotheca Vaticana. Idem, ut Philostratus in ejus vita testatur, è Astrologica divinatione quatuor libros conscripsit.

Cl. Ptolemæus Alexandrinus, sub M. Antonio Imperatore astrologus, primus apud Græcos cœli rationem omnem diligentius explicuit, inventaque ab Hipparcho instrumenta clarius monstravit. Edidit magnam illam compositionem, quam Syntaxin & Almagestum vocant. Opus item quatuor tractatum scripsit, & Centiloquium super his, quæ ad practicam pertinent aliorum prognosticam, centum videlicet canones, quos Græci παραβῆς vocant, quod fructum & experimentum prognosticorum esse dicant. Vol. lib. 18. Anthrop. ex Suida.

Theon, Philosophus Alexandrinus, scripsit de astrologia, & commentarios in Ptolemæum. Item parvum astrolabium.

Parmenes Chaldaeus genethliacus, à Nerone interfectus fuit, delatione Antistii Soffiani, qui prius acceperat à Romano, & missas iterum ad Romanos literas de futurarum rerum eventu scriptas, interceptis, easque, ut ex eulem Neroni iterum hoc modo reconciliaret, Romam detulit. Gyrat. dial. 4. Hist. poet.

Thesbites astrologus & mathematicus doctissimus, aliàs Benchoar dictus, genere Judæus, (alii Hispanum fuisse dicunt) claruit anno 1190. Scripsit de significationibus Planetarum, de capite & cauda Draconis, de motu octavæ spheræ, demonstrationes in Almagestum, de Magia naturali, & alia. Balens Cent. 12. cap. 2.

Laurentius Miniatenfis, non tam perfectus fuit astrologus, quam primus feremè, qui astrologiæ bonas artes ad eloquentiæ studia adjecerit, primusque qui suo tempore anni prognostica con lere cœperit: quem postea & plurimi sunt imitati. Volat. lib. 21. Anthrop.



A num. & suspitionibus animo semel occupato, sanguine proximis & optimo quemque est nobilitate odio habere cepit...

Ladislao Hungariae & Boemiae rege, Magdalenam Caroli VII. Gallorum regis F. ducturo, insigni pompa equestrum pedestriumque copiarum Pragae adventante...

Georgius Transterret Medicus & Mathematicus insignis, annis penes sex integris, ob solis eclipsim, quae anno 1518. B. eventura erat, Maximiliani I. Imper. mortem praedixit...

Braccius Montonenis dux clariss. hostis sui Magni Sfortiae in Piscaria fl. submersi morte nunciata, defunctum exquisitus verissimisque laudibus profectus est...

Bartholomaeus Cocles Bononiensis praedixerat Copono cuiusdam, quod brevi caelestis homicida futurus esset...

Joan. Martinus Belga, pictor elegans, cum in Italia ab Astrologo didicisset, ubi Genuam attigisset, moriendum sibi esse...

D. Augusti Imperatoris ortus incidit in eum diem, quo de conjugatione Catilinae in curia agebatur...

Cum Livia peperisset Tiberium, Scribonius mathematicus praecleara spondidit: etiam regnaturum quandoque, sed sine regio insigni...

Nemo Caesarum unquam tantam fidem habuit divinationibus, quantum Tiberius, non vanas expertus aliquoties. Id

quod in successore Imperii designando constitit. Ioseph. l. 18. cap. 8. Clariorum hominum diem & horam natalem inquirebat...

Nero, cum manet ante Solis exortum naceretur, Astrologus quidam octavo siderum cursu statim respondit, hominem Romae regnaturum, sed occisurum matrem...

Ptolemaeus Othoni Lusitaniae praetori saepe affirmavit, non interempturum ipsum Neroneum et Poppaeam, sed decessurum hunc priorem, & superfuturum ei Othonem...

Leo Atheniensis sophista, cum filiam Athenaidem ex multi juga disciplinarum eruditione, magnae cujusdam felicitatis compotem fore pranovisset, scripto testamento bona omnia duobus filiis, Valerio & Genesio, reliquit...

Hebraei duo Astrologi ex Arabia pulsi ob mendaces praedictiones, in Isauria Leoni, Isaurio inde dicto, ignobili puero, imperium praedixere, tanta fiducia, ut iure jurando polliceretur...

Leontius est Justiniano II. duobus annis inclusus carceri ob suspitionem affectu imperii, inde emissus, cum Graeciae dux constitueretur, Paulum Monachum insignem astrologum convenit, cum quo illi summa intercessit familiaritas...

Aegyptius quidam in tractu Mendefio Constantinopolim veniens, cauponam ingressus est. Cauponaria (artis quae oblectrica perita) dum Aegypto vinum promit, ecce est vicina occurrentes una, in aurem illi narrat, assinem suam de salute periclitari tertio jam nixu, nisi ocyus iocurratur...

Suetonius scribit, Neroni praedictum a Mathematicis, fore, ut imperio desisteret: unde vocem illum Neronis celebratim extitisse, ut si quis non daret, quae maiore venia meditaretur citharadicam artem, principi gratiam, privato necessarium...

A Astrologus quidam in aula Friderici II. Imp. Rudolphum Comitem Halpurgensem, quamvis pauperem, summa observantia colebat, cum reliquis longe potentiores floccipenderet...

In Magni Sfortiae genitura, Mathematici praecellentem siderum posituram, & sedes, aspectusque mirabiles conspiciant, ei magnam imperium, immortalem gloriam, felicemque sobolem praedixerunt...

Basilus Mathematicus, & Graecus quidam Chiromantes Cosmo Medico pro constanti pollicebantur, quando in ipso genitura horoscopio Capricorni felix astrum mirabilis conspiciantur siderum aspectu irradiatum haberet...

Leo X. Ep. mortuo Julio II. cui successit, Florentia Romanam contendens, tanto populi studio postremis omnium conclave est ingressus, ut procul dubio constanti omnium salutantum omne Pontifex evasurus esse crederetur...

Quam per litteras a Gerundenis Episcopo conscriptas in Hispaniam perlatum esset, Hadrianum Dertubensem Episcopum, Pontificem esse renunciarum, & tamen tredecim dies inter spacio nihil ad confirmandam tantae rei famam penitus adfuerit...

Matcelli II. Pontificis pater Richardus Cervinus, animadverso stellarum cursu, qui cum erat, quam naceretur, ex earum conjunctione, uti erat ejus artis peritus, summum D. facrorum principatum filio praedixit...

Dejectionis ab imperio.

Suetonius scribit, Neroni praedictum a Mathematicis, fore, ut imperio desisteret: unde vocem illum Neronis celebratim extitisse, ut si quis non daret, quae maiore venia meditaretur citharadicam artem, principi gratiam, privato necessarium...

Decad. 3.

Antiochus Tiberius Cxanas, insignis Chiromantes, pyromantes & physionomus, praedixerat Guidoni Balneo, cognomento Guerae, quod ad intimo amico, perside (suspicionem necaretur: Pandulfo item Mala reffe Atimenesium Tyranno, quod ex patria pelleretur, & exul in extrema egritate periturus esset...

Mutationis Reipubl.

Andronicus senior Imper. & Theodorus Metochites Logotheta, figura astrologica delineata, Reipub. confusionem ab Andronico juniore imminuentem coniecerat Greg. l. 8.

Bellorum.

Jo. Trithemius Abbas Spanheimensis, eas cruce, quae cecidit anno 1515. in vestibus hominum impretae apparere, decennio post energiam suam habitus praedixit. Nec defuit eventus: Anno enim 25. religionis nomine seditioni rustici & seiplos & totam Germaniam maximis implicare malis, qui sacrae refferre loco cruceis filii affixas vestibus habebant. Jo. Agricolae in proverb. German.

Victoria.

Mnesarchidi Beroeto cauponi a Chaldaeis responsum fuit Euripidem filium victorem in certaminibus fore. Proinde filium in gymniciis certaminibus exerceri voluit. At postea ad Tragoidas scribendas conversus, omnium victor extitit. Gellius lib. 15. cap. 20. ex Theopompo recenser.

Cladis bellice.

Meton, alius Melon, cum Atheniensium copiae in Siciliam contra Syracusanos navigationem instituerent, futura pericula cognoscens, cum alia multa perpetravit ad verisimilem insistantem opinionem reddendam, tum etiam domum, quae Praetula vicina erat, incendit. Unde a principibus manus iudicatus, ab expeditione immunis fuit. Elianus lib. 13. de varia hist. Plut. in Alcibiade, Nicias & Pyrrho.

Inimicitarum.

Joannes de Lignano, utriusque juris excellentissimus doctor Bononiae, de Urbano VI. Pp. praedixit, priusquam schisma ferret, cum multis habitum adversarios, non tamen perditurum pontificatum. Nec falsus vates, cum Clemente VII. ei Gallici Cardinales opposuerint. Crantz. l. 10. Meur. c. 13. Carceris.

Constituerat Barnabas Vicecomes Mediolanensis, Joannem Galeacium per insidias suo private dominatu. Eum vates domesticus, cognomento Medicina, monuit, ut Nonas Majas eo anno triumphum siderum coitu inausas caveret. Capus enim est eo ipso die a Jo. Galeacio, cui ipse insidias truxerat. Iovius in Barnaba.

Nunciis

Nunciis

**A** Nunci felices.  
 Thrasyllus, Tiberii Cæsaris Rhodom ab Augusto veluti relegati in mathematicis magister, die quodam cum eo iuxta mare deambulans, enixè, ut meliora speraret, hortabatur. Tiberius verò cum contra sentiret, & Augusti vitrici sui itam metueret, atque partim abesse, quin, ut erat ira succensus, eum in mare præcipitem daret: Thrasyllus aliquantisper constitit, conversisque ad mare oculis, ut Rhodum veritas venientem vidit navem, affirmare ausus fuit, ea navis felicia Tiberio afferri. Nave in portum delata, literas ab Augusto Liviae Tiberius accepit, quibus Romam revocabatur. *Dion. in Augusto, Sueton. Tacitus, Zonaras.*

PRÆCOGNITIO, PRÆDICTIO FALSA.

Heraclito imperante, Stephanus Alexandrinus Saracenis ex altis vaticinatus est, fore eorum potentiam ac dominationem validam per annos 309. inde alios 56. eam turbis, tumultibus ac calamitatibus vexatum iri. Rerum itaque eos potiturus annos in universum utraque fortuna 365. Sed vanitate hominis temporum successio coarguit. *Cedrenus.*

Hebraei duo Magi & Astrologi, Zita Arabum Principi imperium & vitam longævam pollicebantur, si Christianorum templa & imagines divorum demoliretur. Parec ille, sed anno vix exacto repente moritur. Filius impostores punire parabat. Illi in Mauritiam fugiunt: ibique Leoni (qui postea dejecto Theodosio III. imperium invasit, & Iustus dictus est) puero ignobili, sed optima prædido indole, imperium prædicunt. *Zonaras.*

Anno Domini 794. Constantinus Imp. Irenes F. persuasus ab astrologo Pantratio de victoria, in Bulgariam movit: & fretus vaticinio, nulla cura nec diligentia acies instruxit. At Cajanus Bulgarorum princeps in eum irruens, stragem magnam edidit, & præcipuos duces, inter quos etiam erat astrologus Pantratius, interfecit, & Imperatore vix fugae elapso, pecuniam, equos, aulea, & omnem regium apparatus cepit. *Paulus Diacon. lib. 23. rerum Rom. Henricus de Eyphordia, Antonin. tit. 14. cap. 2.*

In pugna qua Isaacus Angelus Imp. Alexium Branam feditiosum hominem (quem ducem exercitus advenit Blachos miserat) ad Constantinopolim profugivum, occubuit etiam Constantinus Stehatus Astrologorum ejus ætatis princeps. Is Branæ ex artis observatione prædixerat fore, ut eo die urben ingrederetur, & magno splendore triumpharet, eaque propter de victoria veluti certus, in tentorio manserat, hostem ingruentem nihil timens. *Nicetas lib. 1.*

Petrus de monte Ilicino, congregato apud Constantiam generali Christianorum Concilio, judicium de rebus futuris edidit. In quo Sigismundum eo anno coronandum Romæ, & Joannem XXIII. Papam, qui ad Concilium vocatus fuerat, cum gloria rediturum asseruit. At cum Synodus Joannem summo pontificatu abdicasset, Sigismundus autem ingressus Italiae multis post annis abstinuisset, arguentibus peritque Petrum, qui ad hoc manifestè mentitus esset: At mihi de duobus stultis, inquit ille, judicandum fuit, de quibus vera profari ne Ptolemæus quidem potuisset. *Aeneas Syl. lib. 4. de Alf.*

Arnoldus Villanovanus Medicus, Antichristi adventum vel circa an. Sal. 1355. ob conventum trium planetarum iudiciorum in Aquario, vel circa an. 1464. fore mentitus fuit. *Symphorianus Campejus in ejus vita.*

ASTROLOGICUM JUDICIUM APTUM VEL INEPTUM.

*Ex Tit. Prædictionum, exempla perantur, illic eorum, qui Prædicunt, hic eorum, qui Prædictiones Inducunt, habetur ratio.*

P. Nigidius Figulus mathematicus insignis sub Augusto, de gemellorum diversa constitutione, & moribus, quantumvis eodem partu editis, interrogatus, ad sigulinam contendit, unde post Figuli nomen meruit, & cum rotam figuli vi quanta poterat, inrotasset, currente illa, bis numero de atramento tanquam uno ejus loco summa celeritate percussit: deinde inventa sunt signa, quæ fixerat, desistente motu, non parvo intervallo in rotæ illius extremitate distantia. Sic, inquit, in tanta celsi rapiditate, etiam si alter post alterum tanta celeritate nascatur, quanta rotam bis ipse percussit, in cæli spatio plurimum est. Hinc faciunt, quæcumque diffi-

millima perhibentur in moribus, casibusque geminorum. At hoc figmentum fragilis esse, quam vasa que illa ratione finguntur, *D. Aug. 14. de Civit. Dei. 3. demonstrat.*

Oracula duo Astrologorum ludicra Lucillus in Epigrammatis Græcis expressit:

*Πρὸς τὴν μάστιγ' ἄλυτον ὄντων· ἡδὲ ὁ παλαιός, καὶ περὶ ἀδῶν· ἡδᾶς, & σαβίδης ἀποκρίσις. Τὴν μέλαι νικῶν αὐτῶν τὴν ἀγῶνα δεικνύς. Τὴν αἰὲν κἀκὼν τὴν ἰσότης δίδων.*  
 Partis, ἴση, νικᾶς, ὡσὼν μῆτις σε παρὶδῶν, καὶ σὲ καταπέλῃ, & σὲ παραποροῦσιν.  
 Antonius Hammonis oraculo hæc tribuens, sic convertit:  
 Dædus Hylas castus, Phegeus catus arte palestre,  
 Clarus Olympiacis & Lycus in stadiis,  
 An possent omnes venturo vincere agone,  
 Hammonem Libya consuluere deum.  
 Sed Deus ut sapiens, dabitur victoria vobis  
 Indubitate quidem, si caveatis, ait:  
 Ne quis Hylam castus, ne quis certamine lucte  
 Phegea, ne cursum Lycæ prætereat.

Petrus Leonius Spoletanus, medicus celebris, qui prius ferè prolaro Galeno verè medicinae lumen aperuit, astrologia & veteris magia peritiss. fuit. Itaque cum sibi vitæ mortis periculum in aqua portendi cognosceret, à Patravio Veneticus in Umbriam & Spoletum emigravit, ut præter navigationes efigeret. Mox ubi ad Laurentium Medicum vocatus esset, & ex astrologum fallaci scientia morbum salubrem esse prædixisset, omnemque benè gerendæ rei occasionem prætermisisset, à Lazaro Placentino illustri medico (qui à Ludovico Sfortia Ticino missus sera æstetabat remedia) reprehensus, atque ad omnibus in viliis, post mortem Laurentii incertum, an desperatione actus, an illata vi à Petro Laurentii filio, in proximæ Caregio villa puteum præceps datus mergitur. *T. esse Iovio in Elog.*

Joan. Manardo Ferrariensi, medico celeberrimo, prædixerat astrologus, in omnia fossas, scrobes atque foveas, quoad uxore juvencula ducta perit. Extat in *Elogiis Iovii* talis in eum jocus:

*In fovea qui te periturum dixit aruspex,  
 Vates verus erat: conjugis illa fuit.*

ASTROLOGICA CERTAMINA.

Narrat Cedrenus ex Josepho, Abrahamum Ægyptiis arithmeticum & astrologum tradidisse, & convocatis Magis, eorum regem cum Genethilicis disputasse. Qui cum necessitatem astrologum inevitabilem esse dicerent, monium Abrahami rex vindictam, ignibus jamptidem damnatum, producti jubet, & Astrologos figura coli erecta pronunciat, qua morte periturus esset. Respondent illi post longam deliberationem, incendio fortium. Tum rex, At in vestro conspectu aqua suffocabitur. Sic Abrahamus infania illorum consutata, hominem fato quidem natalitio obnoxium, tamen (ob arbitrii libertatem) non subiectum asseruit: atque ut homines brutis superiores illis pro libito utuntur, ita quoque hominibus Deum, & Dei vicarium magistratum. Itaque detestandum esse illorum errorem, qui fatali necessitate sua peccata excusant: nec minus eorum, qui astrologum influxu oppugnat, Providentiam divinam in universum tollere nituntur.

Ptolemæus videmus & Firmicum Borealibus populis triplicitatem ignis tribuere: Albumazarem verò in Magno introductorio orientalibus, & triplicitatem aquarum meridiana, & cum hoc Paulum Alexandrinum in Inst. artis Apotelesmaticæ, & Henricum Mechlinitensem fecere: Arabicum verò Capharam, Abenacram, Messahalam, & Zaelem Israhelitan, triplicitatem terræ meridiana assignate. At si certi nihil potest in futurum de mutatione rerum publicis, nisi tandem eum hoc fuerit constitutum, quomodo illi tam audacter de regnorum mutationibus affirmare audent? *Boëthius.*

De Cometarum materia, natura, ortu & interitu, variaz variorum tum veterum tum recentiorum fuerunt opinioniones, sed quæ ad Physicos pertinent. At de Fine eorumdem, cur scilicet infolens hocce lumen, occulta Natura dispositione, vel appareat (sive jam stella sit per se lucens, sed non semper conspicua, ut Chaldaei & Pythagoræi & Seneca existimant: sive nubes sit sublimis illustrata, ut Heraclides Ponticus voluit, cui H. Cardanus accedere videtur, qui globum facit à sole illuminatum; & P. Appianus, qui non omnes co-

**A** metas inflammari, sed quosdam illuminari tantum arbitratur, vel accenduntur (siquidem ex Epigenis sententia spiritus esset terrenus in sublimi accensus: quam Aristoteles amplius, exhalationem siccam in sublimi accensam esse pronunciat) de Fine, inquam, hoc est efficientia & significatione Cometarum, controversia magna est: quando quidem Astrologi, ut altris, quorum non minus horribiles quam insolentes apparitores Comete essent, majorem auctoritatem conciliarent, hanc theoriam ad se se rapuerunt, & supposita Peripateticorum materia, tandem à certo fidere atrahi & inflammari asseruerunt, hincque adè, ut in hepatitis inflammatione spiritus naturales, in cordis vitales, in ceteri animalia absumi & aboleri necesse est: sic pro natura fidei, sub quo cæpisset conflagratio, similes in hæc inferiora impressiones delabi; nec populariter tantum bella, famem, pestilentiam portendi, sed & virtutem ab illustri causa, illustrium vitorum, quorum affata præ cæteris majorem curam gererent, regum scilicet, & principum, capitibus malum impendere affirmarunt. Hanc Astrologorum opinionem, licet Poetarum auctoritate & plebeorum experientia confirmatam, Joannes Picus Mirandula Comes, doctorum Principum exemplar, patrum memoria præclare confutavit. Nostro verò sæculo invalescentibus rursus Astrologis, servata suppositione Peripateticorum, nihil à Comete per se, sed per accidenz tantum portendi, neque ab illis quid aliud, sed præter fideitatem & ventos, etsi non semper, non peculiari astrologum vi, sed propter materiam totius assumptionem, vel residua agitationem, effici, & illud ipsius non Astrologicè, sed Physicè, non singularit, sed universim tantum significare, nobiliss. & clariss. vir Andreas Dintius, Thomæ Erasti summi medici & Philosophi vestigia secutus, luculenta ad Jo. Crononem Cæsarem Archiatrum epistola ostendit: Marcello Squarciallam Plumbinensi Principis Transylvaniæ medico excellentiss. amicæ symplologias causa, sicuti deest ad hæc philozophus, divertum tuente. *Consule Locum de Cometis.*

ASTROLOGIÆ STUDIUM ET AMOR.

IN SERPES.

**C** Egypti Reges præcis, nascentium inspectis genituris, si quæ forent inventa in signis horoscopantes à regi. horoscopo decidentibus, ac potentes benèque collocatis in figura dominatores prætulissent, interfici statim jubebant, ab iis quandoque insidias vertit. *Cælius lib. 8. cap. 1. A. L.*

Tiberius Imp. circa Deos ac religiones negligentior fuit: quippe adductus mathematicæ, persuasionis que plenus, cuncta fato agi. *Suetonius.*

Nero decimo septimo ætatis anno, cum Claudius diem obiisset, & prosperum tempus Chaldaei prædicerent, medio die ante Idus Octobris, egressus est in publicum ad cohortes excubitorum, proque Palatii gradibus Imperator salutaria, læticia impositus, & à militibus per castra in curiam delatus, ubi & à patribus Imperator vocatus, multique honoribus est affectus. *Cassio.*

Vitellius, L. Vitellii clari viri & ter consulis filius, ex Sextilia probatissima femina ex responso Mathematicorum infelici genitura erudit, adè ut pater magnopere semper contenderit, ne qua ei provincia le vivo committeretur: Mater vero plurimum lamentata fit, cum Imperator esse legibus proclamatum audierit, non Germanicum, sed Vitellium à se genitum asserens. *Cassio.*

Vespasianus Imper. habuit uxorem Flavianam Domicillam, Flavii Liberalis scribæ quæstoris filiam: ex qua tres liberos tulit, Titum, Domitianum, & Domicillam. Quorum genitura tam cognita habuit, ut cum multa conjurationes contra eum fierent, quamquam nec hæreditas jam Cæsares faceret, sed fortuna, nec ipse cuiquam suorum successisset: tam constantem tamen filium utrumque sibi lucursum ex altis præviderit, ut multas conjurationes, & insidias perpeffus, tandem in senatu non dubitavit asserere: Frustra se dolis appeti, & inani successu: se neminem sublati, aut filios suos impertum habituros, aut neminem. Nec festellit oraculo similior vox, quam mortalis hominis conjunctura. Idem Domitianum filium super cenam fungus abstinentem, cunctis audientibus irriti, dicens: Nec enim fungus ei metendus esse, sed gladius; multo adè illi genus suæ mortis denuncians. *Petrarcha & S. ab. lib. 4. Enn. 7. ex Suetonio.*

Firmicus Rhetor, cum A. Augustinum nondum initiatum E de quibusdam suis rebus consuleret ex suam generi, & ille diceret, propè jam esse sibi persuasum, ridicula esse illa & inania; tum ille narravit, patrem suum fuisse librorum talium curiosissimum, & habuisse Amicum æquè illa simulque sciantem, qui pari studio & collatione flagrabant in eas nugas, ita ut mutuum quoque animalium, si quæ domi parent, observarent momenta nascentium, atque ad ea positionem cæli notarent, unde illius artus quali experientia colligerent. Dicebat idem, audisse se à patre suo, quod cum eundem Firmicæ mater in utero gestaret, & cujusdam paterni amici famula pariter prægnis esset, factum esse, ut cum ille conjugis, hic ancillæ dies & horas observat, enixæ sint ambæ simul, ita ut easdem constellationes usque ad easdem minutias utriusque nascenti facere cogere, ille filio, hic servulo. Nam cum mulieres parturire cæpissent, indicaverunt sibi mutuo, quid in sua conjuncta domo ageretur, & paraverunt quos ad se invicem mitterent, simul ut natum qui esset. Atque ita qui ab altero missi sunt, tam ex patribus domorum intervallis sibi obviam factos esse dicebat, ut aliam positionem siderum, aliaque particulas momentorum neuter eorum notare sineretur: tamen Firmicus amplo apud suos loco natus, augebatur divitiis, sublimabatur honoribus; servus autem ille conditionis jugo nullatenus relaxato dominis serviebat. His itaque auditis Augustinus, qui jam ante Mathematicorum fidem suspectam habere cæperat, planè nugas illas reliquit. Testis ipsemet *lib. 7. Confessionum cap. 6.*

Quam Maria Raymundi Antiocheni F. Manuelis Comenti Imp. uxori, partui propinqua esset, adnotata est purpura ad puerum suscipiendum. Imperator officii causa præsens conjugem solabatur, longè magis tamen in stellas & punctum cæli dendi festus animo intentus. Natus est filius Alexius, quem Astronomia docebat divitem fore, atque unigenitum & paterni imperii successorem. *Nicetas lib. 5.* Idem Siciliensi clade audita, in malè auspiciam classis egressum omnia retulit, & ne in posterum simile quid accideret, Astrologorum penitus diligentissimè rationibus, classem novam duce Angelo eduxit. Quæ simul ac in Siculum fretum petverit, à Rogero rege capta est. *Nicetas lib. 2.* Eorundem delirius ita seductus fuit, ut licet instante fatali die, nihilominus 14. annos se supervicturum assereret, & quia vanissimi homines motum universi orbis, & maximum siderum congressus & concursus, ventorumque procellas ingentes, & universitatis rerum penè mutationem prædicebant, neque annos duntaxat, & menses & hebdomadas, sed dies etiam & horæ punctum designare non verébantur: non ipse modò Imperator speluncas & meatus subterraneos contra ventorum impetum inquirebat, & ad habitandum præparabat, & palatiorum fastigia demoliebat; sed & ministri & cognati & adulatores ejus, isdem rebus intenti, partim terram, formicarum instar, effodiebant, partim tentoria tripliciter consuebant, & vectes cubitales, quò minus tabernacula concuterentur, acuebant. *Nicetas lib. 7.*

Michael Balasus, apud Leonem Imperatorem Comes domesticorum maximoque in honore, cuius etiam filium de sacro fonte levaverat, à Mathematico persuasus, imperatoriam se habere genem, non dubitavit contra Leonem conjurare, eumque de medio tollere. *Volater. lib. 23. Anthrop.*

Vix ulla in Christiano orbe gens est, quæ Astrologorum præfagiis tam sit addicta, quam sunt Germani. Attestantur huic rei Calendaria, quæ à mathematicis quotannis lingua vernacula exhibentur, & in rusticorum quoque gratiam notis Sanctorum, plus quam hieroglyphicis, exornantur. In agricultura, in contractibus, consulunt Ephemerides. Ex Calendarii arbitrio secant venam, vomunt, ablactant, oculis medentur, ungues præsecant, comam tondent, excernunt denique alii melancholica, alii pituitosa, alii biliosa: vanissima persuasione & credulitate, quasi infelices dies ex Chaldaeorum observatione evitari possint, aut immutari. Quorum infania vel hoc argumento potest deprehendi, quod cum in universali temporum constitutione ipsa experientia sepius resistatur, audeant tamen de particularibus eventibus magno supercilio magnas nugas profundere. Mendacia privata vulgò infamia habentur, & penis etiam coercentur: publica verò istorum etiam præmiis coluntur. Tantum potest inveteratus error: inde fortassis primùm exortus, quod cum Mathematicos restantato à Germanis cæperit, Iohannis ambitiosi artem pulcherrimam vulgi adno-